

575

Aduertencias para

testamentarios, vel hæredes defunctorum ad soluendam quartam. Respondeo dicendo, quod in lib. Monum. ord. i. impres. fol. 61. & in 2 fol. 145. concess. 356. Hr. q. Sixtus. 4. anno Dñi millesimo quadragegesimo, septuagesimo, quarto, tulit pœnam interdicti ingressus Ecclesiæ in locorum Ordinarios, & in alios sententiam excommunicationis ipso facto si directe, aut indirecte ad solutionem quartæ alicuius Parochialis, vel Canonicæ, vel alterius portionis, seu oneris, dum apud Fratres fideles tumultuantur: cogunt quoquomodo Fratres, vel testamentarios, vel defunctorum hæredes. Vide in Marimagni Prædicatorum fol. 242. Concess. 587. Et per hoc respondeatur ad Glosam Clement. Dudum de Sepult. & ad S. Antoninum. 3. p. Tit. 10. cap. 5. nro. 15. dicentes, posse Curatos compellere supradictos ad soluendam quartam funeralem, nam loquuntur secundum ins. communione. Ex quibus patet quod sunt omnes predicti Fratres excepti à prædictorum solutione. Ex Patre Noreña, & ex Pater à Veracruce, vbi supra, quibus & applaudit Frater Emmanuel. q. citat. art. 9. Vbi dicit in Concilio Trid. nil aliud inueniri quam q. quarta sol-

uatur